

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. II. Sacramentum novæ Legis est signum practicum gratiæ
sanctificantis, vel gratuiti Dei effectûs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

genere; progrediamur ad definitionem
Sacramenti novæ Legis, quæ talis est.

CONCLUSIO II.

**Sacramentum novæ Legis
est signum practicum gra-
tiae sanctificantis, vel gra-
tuiti Dei effectus.**

C Olligo ex Scoto q. dist. 1. quæst. 2.
n. 9. ibi: *Eo modo quo potest esse defini-
tio Sacramenti hac est, inquit, eius definitio,
scilicet signum sensibile gratiam Dei, vel ef-
fectum Dei gratuitum ex institutione divina
efficaciter significans, ordinatum ad salutem*

*hominis visoris. Quæ definitio latius est
explicata precedenti conclusione, excepta
illâ particulâ, gratuiti Dei effectus, quam
aliqui putant non solum non necessariam,
sed potius contraria.*

*Fundatur Primo, quia sic non est una
definitio. Respondeo Doctor supr. n. 7.
Quia sic, non facit
una definitio.*

*Quod cum in ratione prædicta formale intel-
ligatur esse signum, & etiam illa, quæ per se
determinat rationem signi, cuiusmodi sunt
ex institutione & efficaciter alia duo quæ sunt
ibi, scilicet, sensibile & effectum Dei gratuitum,
sunt ibi ut additamenta: primum ut subiectum,
sive ut fundamentum: secundum autem ut
correlativum, pluralitas autem quæcumque,
vel subiecti in se, vel correlativi ad correlati-
vum, non prohibet relationem esse definibilem
subjectivam, simpliciter: ergo nec excludit à Sacramento
habere definitiōnēm propriam non unitam.*

*Sed conuic̄: Hū non solum est plurali-
tas subjecti & correlativi; verū etiam
correlativorum sive signatorum; unum
quippe significatum est gratia inherens,
aliud gratia subsistens, sive gratuitus Dei
effectus; atqui illa sunt plura; ergo etiam
rationes signorum.*

*Respondeo concedendo totum. Et hinc
est, quod Sacramentum Eucharistie specie
differt ab alijs Sacramentis, non solum
propter diversum sensibile, sed etiam pro-
pter diversum significatum. Baptismus &
Poenitentia nonne habent diversum signi-
ficatum, videlicet deletionem originalis
& actualis peccati? Eo tamen non obstan-
te convenienter univocè in ratione Sacra-
menti in genere, ita & Eucharistia cum
alijs Sacramentis.*

*Hanc convenientiam & distinctionem
significat Trident. less. 13. cap 3 ibi: Com-
mune hoc quidem est sanctissima Eucharistia
quod enim
indicit Tridentinum.*

*cum ceteris Sacramentis symbolum esse rei
sacrae & invisibilis gratie formam visibilem:
verum illud in ea excellens & singulare repe-
ritur, quod reliqua Sacramenta tunc primū
sanctificandi vim habent, cum quis illis uiu-
at in Eucharistia ipse sanctitatis auctor ante
usum est.*

*Converit igitur Eucharistia cum reli-
quis Sacramentis in eo, quod sit signum
rei sacrae, sive gratiae invisibilis, prout
hæc significat donum aliquod naturæ su-
peradditum, institutum ad hominis salu-
tem sive sanctificationem; dissent autem
in principali significato, quod est donum
sive gratia substantialis, id est, auctor gra-
tiae Christus Dominus, cum reliqua Sacra-
menta principaliter significant gratiam ac-
cidentalem, hoc est, inhaerentem seu justi-
ficantem.*

*Illa ergo particula, gratuitus Dei effe-
ctus, non facit rationem formalem Sacra-
menti esse multiplicem sive æquivocam;
sed solum significat diversitatem specifi-
cam aliquorum Sacramentorum, qua re-
verū subest; siquidem Eucharistia est Sacra-
mentum permanens; adeoque debet habe-
re effectum permanentem sive subsisten-
tem; cetera autem sunt Sacraenta trans-
fuenta & ita habent effectum transuentem
in suscipientem.*

*Ex his deducitur alterutram particu-
lam potuisse omitti salvâ bonitate defin-
itionis; per gratiam namque potest intelli-
gi & accidentalis & substantialis; atque
rursus utraque rectè dicitur gratutus effe-
ctus. Majoris itaque claritatis gratia Do-
ctor Subtilis utramque gratiam distinctè
posuit; idque quis communius ly gratia
apud Theologos significat solam gratiam
accidentalem.*

*Fundatur Secundò; quia sic difficulter
excluditur à definitione forma conse-
crationis; que si admittatur esse Sacra-
mentum, jam plura erunt Sacraenta
quam septem, contrà definitionem Ec-
clesia in Concil. Trident. less. 7. can. I.
ibi: Aut esse plura vel pauciora quam se-
ptem &c.*

*Respondeo Primo consecrationem for-
tè non debere excludi. Ita Gabr. 4. dist
8. q. 1. l. F. in fine ibi: Sed ad dubium
cum timore respondeo, quia non legi illud
à Doctoribus decisum: non itaque affe-
rendo, sed tanquam examinandum corri-
gendumque à peritoribus offero. Conse-
cratio Eucharistie est Sacramentum pro-
priæ; quia omnes definitiones Sacraenti
date à Sanctis & Doctoribus sibi con-
veniunt.*

B

Ad

Particula
itaque pre-
dicta solū
significat
diversitatem
specificam
aliquorum
Sacramen-
torum:

Ostendit
alterutram
particulam
potuisse
omitti, sal-
vâ bonitate
definitionis.

13.
Impuga-
natur se-
condò defi-
nitio quia
sicut dif-
ficeretur excludere
formam conse-
crationis. Si no
excludatur,
non solum
septem
erunt Sac-
ramenta.
Trident.
Responde-
tur primo.
Conse-
crationem for-
tè non de-
bere exclu-
di.
Gabriel.

10 *Diss. I. De Sacramentis in genere.*

*Et tunc erit
unum Sa-
cramentum
cum Eucha-
ristia unita
te ordinis.*

Ad illationem respondeo, consecratio-
nem esse unum Sacramentum cum Eucharis-
tia unitate ordinis; quippe ordinatur ad
spirituale convivium, sicut apposito cibi.
Alias neque Sacramentum Sanguinis se-
cundum Scotum est unum cum Sacramento
Corporis unitate indivisibilitatis; sed so-
lum integratius. Accedit quod septem
Ordines constituant unum Sacramentum
unitate ordinis; quidni etiam consecratio
& Eucharistia?

*Objecio ex
Scoto,*

Objicies auctoritatem Scotti 4. dist. 6. q.
7. n. 3. ibi: *Illa prolatione verborum, quibus Eu-
charistia consecratur, non est Sacramentum, sed
consecratio sacramentalis.* Rursum dist. 8. q. 1.
n. 5. ibi: *Vnde usus huius Sacramenti non est
Sacramentum: usus enim verborum sacramen-
talium est quadam via ad Sacramentum, quia
in termino prolationis verborum incipit esse
Sacramentum; sed usus & perceptio ipsius Sa-
cramenti est quadam dispositio sacramentalis,
seu via, qua hoc Sacramentum applicetur Ec-
clesiae. Pro explicatione*

*Solvitur; eo
quod loqua-
tur de Sacra-
mento Eu-
charistiae
permanen-
te.*

Sensus,

*14. Responde-
tur leendo
ad objec-
tum princi-
palem, con-
secrationem
significare
gratuum
Dei effect-
um, ut
hostiam sa-
crifici.*

*Inferitur,
salem per-
ceptionem
Eucharistiae
fote verum
Sacra-
mentum:
Scotus.*

Respondeo non sufficere ad Sacra-
mentum, quod significet gratuitum effectum;
sed insuper requiritur (ut patet ex defini-
tione assignata) quod eundem vi sua
significationis causet; jam autem ulus
sive perceptio solum est conditio vel
applicatio specierum consecratarum, que
sunt vera causa moralis istius nutri-
tionis.

*Sed male:
cum vi sua
significa-
tio-
nis non
causet.*

Et quidem certum in primis est ante
usum dari verum Sacramentum Eucharis-
tiae. Trident. sess. 13. cap. 4. *Si quis dixe-
rit peracta consecratione in admirabili Eu-
charistia Sacramento non esse corpus & san-
guinem Domini nostri Iesu Christi, sed tan-
tum in usu &c. Florentinum in instruc-
tione Armenorum de Sacramento Euch. ibi:
Sacerdos enim in persona Christi loquens, Florentia
hoc confici Sacramentum. Ratio à priori:
quia est cibus spiritualis animæ, & causet
gratiam sanctificantem per modum cibi;
sicut ergo cibus naturalis ante manducatio-
nem habet virtutem adæquatam nutrien-
di, ita etiam Eucharistia.*

Secundo indubitatum est Eucharistiam
non causare gratiam sanctificantem sine
usu, neque hunc sine illa. Restat sola
difficultas, unde colligatur illam mandu-
cationem non esse causam moralem gra-
tiae (ut dictum est) sed conditionem so-
lum sine qua non, sive applicationem
causa moralis. Respondeo id fundari in
institutione hujus Sacramenti per mo-
dum cibi spiritualis: quemadmodum
enim manducatio cibi naturalis non est
causa physica nutritionis naturalis, sed
solum conditio sine qua non; ita etiam
manducatio cibi spiritualis non debet dici
causa moralis nutritionis spiritualis, sed
solum conditio sine qua non.

Sed contra: Extrema Unctio institu-
ta est per modum medicinæ; ergo si-
cut in naturalibus unctio sive applicatio
olei non est causa sanitatis naturalis; ita
etiam unctio in spiritualibus solum erit
conditio & non pars Sacramenti. Re-
spondeo unctionem non esse institutam
in ratione Sacramenti per modum medi-
cinæ adæquatè causans; bene Eucharis-
tiam per modum cibi. Ostendo; quia
Eucharistia à quolibet applicata habet
suum effectum; unctio vero requirit
certum ministrum & determinata verba,
adeoque etiam partialiter significat
ex Christi institutione internam cura-
tionem.

Arguis iterum: Eucharistia posita in
stomachio sine manducatione non operatur
suum effectum; ergo manducatio est vera
causa

150

*Manducatio
non est mor-
alis cau-
sa
gratiae; pro-
ut nec man-
ducatio cibi
naturalis est
causa physi-
ca nutritio-
nis natura-
lis.*

*Argumen-
tum à simili
de extrema
Unctione.*

solvitur.

16.

Sicut & illud quod Eucharistia ponita in stomacho sine manducatione non operatur, ut si fuat efficitur. *Jamini 6.*

Jude 5.

Lugo.

Affiguntur
discrimen
sicut inter
causaliter
moraliter &
conditionem
sive qua
bona.

Dantur,
et usus
non sive in
hoc, ac alijs
Sacramentis
sive ad dan
dam gra
tiam intelli
tutus.

17.
Oppugna
tur terti
us eadem
particula de
finitionis;

causa moralis. Antecedens probas ex Joannis 6. v. 54. *Nisi manducaveritis carnem filij hominis, non habebitis vitam &c.* Respondere negando. Antecedens; quis enim credat partem hostie sacrae immissam certitus. D. Bonaventura per latus apertum instar rosa, inibi non causasse ex opere operato gratiam sanctificantem?

Ad probationem dico, illis verbis exigi manducationem tanquam conditionem regulariter necessariam; quemadmodum ad Sacramentum Unctionis requiritur additio presbyteri: *Infirmatur* (inquit Apostolus Jacobus Epistola Cathol. c. 5. v. 14.) *qui in verbis inducit presbyteros Ecclesie &c.* & tamen nemo docet inductionem illam esse causam, aut conditionem essentialiter requiritam ad effectum sacramenti. Accedit illo loco Joannis agi de omni gratia justificante, quā ille careret, qui non adimpleret preceptum communionis quando potest; non impletur autem communiter sine manducaione.

Alia verba ibidem v. 59. *Qui manducat hunc panem vivet in eternum*, solum assertur gratiam dandam manducanti, non autem negant illi, qui viā extraordinariā Sacramentum recipere. Sicut de ligno vite dici poterat: *Qui comedit ex hac arbore, viveret*; & tamen procul dubio fructus ille haberet eundem effectum positus intra stomachum, etiam sine manducaione.

Hæc fuisit Card. Lugo de Euch. disp. 1. sect. 7. n. 140. & sequentibus. Ceterum quia hæc doctrina nova est, aliud discrimen assignat idem Author ibidem, & alibi inter causam moralē & conditionem sine qua non; videlicet quod illa debet esse moraliter actio Christi, qualis non est manducatio nisi contactus sacrae hostie. (de quo posset esse eadem difficultas & major; quia sine illo absolūte Sacramentum non operatur) sed solum est conditio, quā possum movere Deus ab ipso Sacramento & ab operatione morali Christi ad dandam gratiam: sed de hoc alibi latius.

Quaris à me, cur usus in hoc Sacramentū non sit institutus ad dandam gratiam, sicut in alijs Sacramentis? Responso in promptu est; quia Eucharistia instituta est per modum cibi, alia non. Secundò: quia hoc Sacramentum est permanens, alia transiunt, ut dixi.

Fundatur tertio: quia videtur illa particula apponi ad includendam Eucharistiam, quasi hæc non haberet vim significandi & causandi gratiam sanctificantem ante usum; nec nisi mediante usu: sed sic somptuō potius Sacramentum esse debet, quā ipsa Eu-

charistia. Repugnat etiam Tridentino, quod *Ecclesiast. Ex Tridentino* *13. c. 3.* & aliquot can. *17.* omnibus Sacramentis effectum gratia in suscipiente tribuit ex opere operato: inquit ipsa Eucharistia excluditur, si sola species sint Eucharistica Sacramenta.

Ut ab alijs parte hæc debitis fundamenti incipiam, respondeo nihil præter species consecratae reperi in hoc Sacramento, per quod corpus Christi permanenter nobis significetur; quippe non per verba consecrationis, cum illa transeant; neque per se ipsum, cum modo invisibili ibi exstat; ergo per species, prout super illas forma verborum prolatas; & quandoquidem signatum non sit de essentiā signi, liquet corpus Christi non ingredi essentiam Eu. haec ista, utpote quæ debet esse aliquod signum sensibile, vel pars illius.

Ad primam partem dico, non id est præcisè poni illam particulam; sed ut definiatur Eucharistia per ordinem ad suum primarium & principalem effectum, qui non est gratia inherens, sicut aliorum Sacramentorum; sed subsistens. Que eriam est ratio quare alia Sacramenta semper actu aliqui significant & conferant gratiam, nisi ponatur obex; sed illa Eucharistia; quam nihil omnibus assertimus habere vim significandi ante somptionem; inquit & efficaciam quantum est esse, hoc est, vim efficiendi gratiam habitualem: at vero negamus propter eā præcisè dici Sacramentum; sed potius, quia actu semper signatur prædictum effectum gratuitum. Corpus scilicet & Sanguinem Christi.

Ecce quamvis possit fieri, quod actu & proximè non significet alicui homini, eo quod non sentiatur sive videatur; tamen semper est signum actuale, hoc est, tale, quod ad significandum institutum est; non autem mere habituale, quod videlicet posset instituī ad significandum. Porro talis actualis significatio sufficit ad rationem Sacramenti & competit Sacramento Eucharistiae, et si nullam causet in aliquo subjecto gratiam sanctificantem; alia autem Sacramenta eo ipso, quo sunt talia signa, efficiunt necessariò gratiam in subjecto disposito; siquidem ante usum non sunt, ut est Eucharistia: atque ita per illam particulam indicatur (ut dixi) distinctio inter Sacramentum Eucharistiae & alia Sacramenta.

Interim nullus negat, quin Eucharistia in suscipiente dignè illam causet gratiam iustificantem (ut Trident, supra in locis citatis docet) quamvis existimemus illam non esse primarium effectum omnium Sacramentorum, cuius contrarium Tridentum nullib[us] vel verbo insinuat, multo minus definit.

Disputant h̄c plerique, utrūm Sacramenta veteris Legis univocè convenient cum nostris; adeoque sint propriè dicta Sacra-menta? Quæstio parvum utilis & idicere breviter dico.

CONCLUSIO III.

Sacmenta veteris Legis (exceptâ forsan Circumcisione & alio remedio peccati originalis) solùm analogicè convenient cum nostris in ratione Sacmenti. Evidem quodam sensu propriè sunt Sacmenta.

DE Circumcisione & alio remedio peccati originalis ex professio sectione sequenti. Modò quod attinet reliqua Sacmenta veteris Legis, probatur prima pars conclusionis; quia essentialis ratio Sacmenti est significatio & efficientia alicuius sanctitatis; atqui sanctitas, quam effecerunt Sacmenta vetera & quam nostra efficiunt, analogicè convenient in ratione sanctitatis: ergo &c.

Minor pater; quæ enim potest esse univoca convenientia inter sanctitatem veram & spiritualem, quā Deo grati sumus & filij ejus efficiimur, & sanctitatem legalem seu ceremoniale, quæ non est nisi umbra veræ sanctitatis & consistit in munditia quadam corporali, aut remotione quæcumdam legalium irregularitatum?

Dices cum Lugone suprà n. 47. Quamvis sanctitas dicatur analogicè de sanctitate gratiæ habitualis & sanctitate legali; possumus tamen ab utrisque Sacmentis abstrahere conceptum univocum & communem; quemquidem non explicemus per nomen sanctitatis, sed per nomen consecrationis, aut dedicationis & coniunctionis peculiaris cum Deo, ita ut esse Sacmentum sit ceremonia sacra in suo usu consecrans, dedicans, conjungens subiectum peculiariter cum Deo.

Sed contra primò: Gratiæ assumpti (inquit Joannes de Dicastro Tract. 1. de Sacmentis disp. I. n. 26.) unam vocem esse analogam & alteram univocam; quod non probat, nec probare poterit. Nam si cut agnoscit solam analogiam in ratione sanctitatis, ita debuisse tandem agnoscere in ratione consecrationis, vel ostendere cur consecratio sit univoca, potius quā sanctitas.

Probatur
prima pars
conclusio-
nis.

Conceptus
univocus &
communis
à Lugone
abstractus.

Dissolvitur,
primò.
Dicastille.

Respondeo secundò plura fuisse Sacra-menta in veteri Lege, per quæ homo spe-cialiter non consecrabatur Deo, sed solùm mundabatur ab aliquibus immunditijs le-galibus. Quæ certè mundatio, imò & om-nis consecratio illius legis solùm erat ens aliquod morale; cùm tamen sanctitas & consecratio, quæ est effectus proprii Sa-cramentorum nova Legis, sit qualitas ali-qua physica & permanens. Quæ autem univocatio inter ens physicum & mo-rale?

Venio ad probationem Majoris, quæ plana est ex definitionibus Sacmenti lu-pra assignatis. Enimvero Sacmenta de-bent aliquo modo pertinere ad eos, quo-rum Sacmenta sunt; & proinde Sacra-menta vetera non integrè absolvebantur (quidquid aliqui contradicunt) per significationem gratiæ, quæ nobis filii no-va Legis deposita erat, sed in eorum ef-fentia involvebatur efficientia alicuius san-ctitatis.

Dices: Efficientia alicuius sanctitatis non habet se nisi materialiter ad rationem Sacmenti; interim formale Sacmenta videtur consistere in ratione signi tantum; atqui Sacmentum in genere non signifi-cat determinatè gratiam sanctificantem præsentem vel futuram, sed solùm dicit rationem signi gratiæ in confuso, quæ uti-que participatur æqualiter ab antiquis Sa-cramentis juxta ac novis: ergo &c.

Répondeo negando Majorem. Etenim cur magis ratio signi, quam ratio causæ erit essentialis, cùm utraque in omni Sa-cremento reperiatur sine mutu subordi-natione? Nam potest aliquid esse signum gratiæ, & non causa, ut pater in exemplis primâ conclusione allegatis; & similiter potest aliquid esse causa gratiæ, & non si-gnum, ut liquido constat ex actibus inter-nis, contritione v. g. vel amore Dei super omnia, qui verè causant gratiam & tamen eam non significant, saltem hominibus, qui eos non cognoscunt.

Adde; quòd si verum est, quod docer Regius ad quæst. 60. art. 4. dub. 2. n. 10. Sacmenta veteris Legis significasse justi-ficationem tantum mediæ, quatenus sci-licer significantibz proximè mundationem legalē, hæc vero prefigurabat seu signifi-cabat gratiam justificantem, liquef pro-fectò non propriè significasse sanctificatio-nem veram, & sic non conveniente in com-muni ratione Sacmenti, qua in objectio-ne dicebatur (sed falso) consistere in signi-ficatione gratiæ sanctificantis.

Probatur consequentia assumpti; quia licet

19.

In effientia
Sacra-
mentorum ve-
teris Legis in-
volvatur
efficientia
alicuius san-
ctitatis.

Quod for-
male Sa-
cra-
menta con-
sistat in fo-
ratione si-
gni,

Impropria-
tus.

Si verum est
Sacmenta
veteris Le-
gi tantum
mediæ si-
gnificasse
justificatio-
nem, non
propriè si-
gnificare
sanctifica-
tionem va-
ram;
Regius,